Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Incipit hystoria scolastica.

Imperatorie maiestatis est tres in palatio habere mansiones. auditorium uel consistorium. in quo iura discernit. cenaculum in quo cibaria distribuit. thalamum in quo quiescit. Ad hunc modum imperator noster qui imperat uentis et mari. mundum habet pauditorio. ubi ad nutum eius omnia disponuntur. Unde illud. Celum et terram ego adimplebo. Secundum hanc dicitur dominus. Unde. Domini est terra et plenitudo eius. Animam iusti pro thalamo. quia delicie sunt ei. esse cum filiis hominum. Secundum hanc dicitur sponsus. Sacram scripturam pro cenaculo. in qua sic suos inebriat. ut sobrios reddat. Unde. ambulauimus in domo dei cum consensu. i. in sacra scriptura. id ipsum sapientes. Secundum hanc dicitur paterfamilias. Cenaculi huius tres sunt partes. fundamentum. paries. tectum. Hystoria fundamentum est. cuius tres sunt species. Annalis. Kalendaria. ephimera. Allegoria paries superinnitens. que per factum aliud figurat. Tropologia domaculminis superpositum. que per factum quid a nobis sit faciendum insinuat. Prima planior. secunda acutior. tertia suauior. A fundamento loquendi sumemus principium. immo ab ipsius fundamenti principio. eo iuuante qui omnium princeps est et principium.

De creatione celi et iiii. elementorum.

In principio erat uerbum et uerbum erat principium principium. in quo et per quod pater creauit mundum. Mundus quatuor modis dicitur. quandoque empireum celum mundus dicitur propter suam mundiciam quandoque sensibilis mundus. quia grecis pan. a latinis omne dictus est quia philosophus empireum non cognouit. quandoque sola regio sublunaris mundus dicitur quia hec sola animantia nobis nota habet de qua princeps mundi huius eicietur foras. Quandoque homo mundus dicitur. quia in se totius mundi ymaginem representat. unde a domino omnis creatura dictus est. et grecus microcosmus. id est minorem mundum uocat. Empireum autem et sensilem mundum et sublunarem regionem creauit deus. id est de nichilo fecit. hominem uero creauit. i. plasmauit. De creatione quorum illorum tamen inquid legislator. In principio creauit deus celum et terram. Celum. i. continens et contentum. id est celum empireum. et an

[interlinear gloss:] em. i. totum pir. ignis i. totum igneum

[marginal glosses:]

Hystoria analis est secundum annum secundum est. kalendaria que in uno mense facta est. i. secundum aliquod insigne. quod in uno mense secundum est effimia est que in compete secundum est. i. in uno die secundum parte mensis. i. hac similitudine effimia est piscis que eo die quo nascitur moritur.

Tres sunt ignes. primus illuminatur et non urit ut empireus. secundus illuminat et urit ut aereus. tertius urit et non illuminat ut infernalis quartus iste noster in se ignis dicitur qui est materialis

Quatuor sunt species misse. allegoria anagoge tropologia moralitas. allegoria dicitur respectu est militantis. anagoge respectu triumfantis autem dicitur ab alle quod est alienum et gomor quod est sub. in allegoria i. alienum sub.

Alt. ex ui. gtiit. ex p. ut p ysaac x significatur. ex re ut p templum salomonis. significat ecclesia. ex loco. ut p ierusalem q ds refectio in motis sa ca lio significat nostra refectio uite eterne ex nuo. ut p quiete uii. diei significat. qes nostra eterne beatitudinis ex qualitate temporis. ut p h q filii israhelite exierunt de nocte ex egypto significat. egisse uitiorum nostrorum aduersitates. Ex facto q p dd significatur xpc p uriam diabolus. p bsabee significat sinagoga. q mortuus uria. i. diabolo dd. i. xpo. copota est bsabee dd i. sinagoga et q p ydolatriam erat uxor diaboli et post ea facta est uxor p gratiam x.